



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

128. De uxore antè contaminata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si mulier sine licentia mariti sui velum accipiat. *Ex decreto apud Compendium.*

Concil. Compend. c. 3.
Lib. 5. Capitular. c. 16.
Burchard. lib. 9. c. 47.

CXXVI. Mulier si sine licentia mariti sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad conjugium.

De homine qui in alia provincia uxorem acceperit. *Ex eodem, cap. VIII.*

Concil. Compend. c. 6.

CXXVII. Homo Francus accepit beneficium à seniore suo in alia provincia, & duxit secum suum vassallum; & post hæc fuit ibi mortuus ipse senior, & remansit ibi prædictus vassallus. Accepit autem homo alius ipsum beneficium; & ut securus posset habere ipsum vassallum, dedit illi mulierem de ipso beneficio, & habuit eam aliquo tempore. Et cum ille senior durè ageret contra eum, dimissa conjugate reversus est ad parentes senioris sui mortui, & accepit ibi uxorem. Definitum est ut illam quam postea accepit habeat.

De uxore antè contaminata. *Ex eodem, cap. x.*

Concil. Compend. c. 7.

CXXVIII. Si quis uxorem accepit, & eam contaminatam inveniens dereliquit, & aliam accepit, statutum est ut omnimodis ad priorem revertatur: quia & ipse, quando illam accepit, potest fieri ut virgo non esset; nec mulier lege viri tenetur quousque marito conjugatur. Illa quam postea accepit, nubat cui vult.